

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XV. Orationis exauditæ signa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

num evagationem prohibuit. Sed & illud aperte A  
 perii est: Quoniam oportet semper orare, & non desistere. Idem  
 vociferantur Apostoli. Petrus clamat: Vigilate in orationibus.  
 Clamat & Paulus: Orationi instate, vigilantes in ea.  
 Quocirca si nos aliud non impellat, hoc abunde satius  
 est: Christus jubet, Praeceptum Domini est. Ergo appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Quod & David  
 in clamans: Accedite, inquit, ad eum, & ilungimini. Diversi sunt modi, quibus ad Deum licet accedere; optimus est per orationem. Hoc solum observemus probè, quod sermo hic omnis tendit, ne ritu Iudaorum  
 Deo appropinquemus. Contrà quos Isaia gravissime  
 conuestus: Appropinquat populus iste ore suo, inquit, cor  
 autem eorum longè est à me. Appropinquemus non ore  
 tanum, sed & corde. Nunc appropinquemus nos illi,  
 & ille nobis appropinquabit in facie ritæ. Cum omnes  
 celerent.

## CAPVT XV.

## Orationis exauditæ signa.

**B**asilias Macedo Imperator Orientis variè laudatus in priscâ historiâ, hominem in aulâ suâ perniciössimum fovit, Theodorum Santaborensum assentatem & sulurronem nequissimum. Persuaserat is Imperatori Basilio vitâ illius insidias strui à filio. Mox Pater, uti præceps est in nefas suspicio, filium in vincula rapi, & in carcere detrudi jussit. Solenniori die Senatores aliosque urbis Principes ad epulum vocavit. In triclinio non procul ab imperatoriâ mensâ garrulus in cœvâ psittacus humanas voces imitabatur. Eo ipso tempore facunda hæc avis verba quædam crebris ab aulico famulito audita, hunc in modum efferebat: Heu domine Leo, heu domine Leo. Engenuit non nemo ad has voces, & è Senatoribus præteritum aliqui dum taciti suspiris fortunæ, vires expenderent, cibo potique abstinebant. Observavit Imperator quodam suorum convivariū mœstiores altis cogitationibus attineri: Et amici, ait, quid silentio tam mæsto temeramus mensam? Cui è primarij unus: Auguſtissime Imperator, inquit, diserta hæc volucris ejus rei nos monet, quæ lacrymae stiam excire possit. Submississime rogamus, liceat cù verità precari quidpiam. Dicite, ait Imperator, quid petitio- nis est? Hic modeſtissime Senator: Nos, inquit, menſam ſaliarem ac regiam accumbimus. interim Majestatis tua filius procul omnibus gaudijs luget in carcere. Si quid peccatum est, credimus jam expiatum. Vel hæc avis sorti Leonis indeolet, quædam magis nec ejus miseratione tangi convenient. Quapropter, si licet, libertatem regio juveni rogamus. Motus pater oratione tam opportunâ: Eximatur, inquit, vinculis Leo; mox aulici cœtervatim convolans ad carcere. Leo filius vinculis exemptus, tonsus, lotus, in regium juvenem vestitus, ad Cœfarense mælam produktus est. Magna utriusque gratulatio, magnum gaudium. Hoc conviuū & Imperatori psittacus, orator non exspectatus, persuasit: hunc captivum liberavit psittacus; à psittaco fuit hæc suada eloquentia.

Nos sepe psittaci sumus, dies totos garrimus, tanquam si nobilissimum lingue artificium sit quamplurima loqui. An verò tales oratores sumus, qui dictione plurimum persuadere, & Deum in preces flectere, id plurimum habet dubii. Quis enim verò id sciat, dixerit quispiam, Deum precibus ac votis annuisce? Ed igitur orationem deduximus ut certis de oratione quaestionibus respondeamus. Sit igitur prima quaestio, que signa sint orationis exauditæ & ratæ. Ea igitur ordinem subiungemus.

S. I.

**S**ignum primum: Fiducia ingens in Deum. Ad istam Signa accedunt nos omnia divinorum voluminum orationis ex cula. Iure merito, Fiducia est fundamentum vitæ cum virtute agendæ. De Fiduciâ in oratione singulariter erigenda Caffianus dilucide: Pro certo, inquit, non exaudiendum se supplicans quisque non dubitet, cum se dubitaverit exaudiri. Tantum quis exaudiri meretur, quantum crediderit Deum prestare posse. Promissum Domini flat irreocabile: Propterea dico vobis, omnia, quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & fieri vobis. Discep- t. 24. lus Domini Iacobus explicatim: Qui enim, inquit, habitat, non æstimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Subiungit Caffianus: Retractare nos convenit illam beati Iohannis Evangelistæ sententiam, quæ ambiguitas questionis evidenter absolvitur. Hæc est, inquit, fiducia, quan habemus ad Deum, quia quidquid petiri, secundum voluntatem ejus, audit nos. Ergo superbia plenam nos & indubitatelem justit exauditionis labere fiduciam.

Lacedemonii vulgatissimo verbo dicere solebant; Armatâ manu invocanda est fortuna. Qui orat, sic Deo fidat, ut veluti cogat. Quod astrensi Gregorius: Vult, ait, Deus rogari, vult cogi, vult quâdam importu- psal. pani- nitate vinci. Adeamus ergo, quod Paulus hortatur, cum fiducia ad thronum gratie, ut misericordiam consequamur, v. 16. & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

Signum alterum est: Dñoram aut plurim in oratione. Signum consensu. Neque hic desunt pollicitationes Dominicæ, quæ orationem ex confessu comprecentium erigunt his verbis: Itē dico vobis, quia si duo ex vobis confenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fieri illis à patre meo, qui in celis est. Successu carere ac vanescere non potest hæc promissio. Terra prius cælumque in antiquum chaos revolventur, quæ in nihilum recidantur. Hæc verba: Domini voces novimus: Cælum & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt. Maxi- marum virtutum, cit oratio, cum idem petitur à pluribus, quemadmodum exercitatio plutum est valde penetrabile jaculum.

Signum tertium: Fidei plenitudo. Quoties in sacris 3. Signum Evangelii illud, ingeminatur: Et tibi secundum fidem tuam? Marcus de Christo servatore verbum è verbo sic expressit: Et egressus inde abiit, in patriam suam, & non poterat ibi virtutem ullam facere: nisi paucos infirmos impensis manibus curavit, & mirabatur. Quid hoc rei, obsecro? An non Christus Dominus ubique rerum omnium præpotens est? quis thaumaturgam ipsius dexteram reprehendit? Et quo tandem modo id ipsem mirabatur? an non eventum hunc sequiorem præscit? imò vero maximè. Exemplo rem monstramus. Chirurgus autem Medicus ab arte præcellentissimus in urbem vicinam evocatur. Hic ille paratissimus est artis sua specimina edere, sed cum penitentil succedit, ipsam miratur, & ait: Num ego fascinum sum? Ita ferè Christus est, miratus, quod nobis, inquit Augustinus, mirandum significavit. Firmiter autem decreverat, nulla ille signa facere, quod Nazianzenus affirmit. Hinc noſtro loquendi more dicitur: Non poterat. Quod enim sancte statuimus non facere, id recte dicimus facere non posse. Horum autem omnium causa fuit Proprietatem incredulitas civium in Christi patria. Quod expresse dixit Marcus: Propter incredulitatem eorum. Credulitas penuria non sinit Deum esse munificum. Vbi Fides deficit, illuc oratio perit.

S. II.

**S**ignum quartum: Perseverans importunitas. Sæpius 4. Signum monemur: Petete, querite, pulsate. Ad instantissimam orationem, inquit Augustinus, hæc omnia referuntur. Petite: Non conceditur, quod petitis? Quærite: Ne-

gatur

gatur, quod queritis? Pulsate. Deus vult cogi. Hac pia importunitate plurimum delectatur Deus. Et ne quicquam credere, frustra voces in aërem spargi precan-do, illi exhortationi, quā petere, qui rere, pulsare jube-mur, additum est: *Omnis, qui petit, accipit, & omnis, qui querit, invenit; & omni pulsanti aperitur.* Pulsate igitur, pulsate, pulsate. Quandiu tandem? Num tribus, num sex aut decem annis? Quis tandem pulsat? ne, obse-cro, molestum sit vel viginti, vel quinquaginta, vel ce-tum annis pulsare, quoniam oportet semper orare & non des-ficer. Perit, quaslibet, pulsavit Chanæa. *Hinc Christus* subito, uti Chrysostomus loquitur, illius laudes ser-pit: *o mulier!* Propterea, inquit, laudo constantiam ejus, lau-do fidem; quia injuria permanuit, & ratione exorsit. Si enim ab initio dimissem illam, nec illi paulatim eruita fuisse, nec tu virtutem animi ejus nec latenter in fidei thesaurum scissos: & ideo suspendi donationem, ut tu cognosceres fidem. O mulier, Deus dicit, *o mulier!* Andant haec, inquit Chrysostomus, qui jactant, & orant, & saffidiose precantur. Quando dico veritatem, roga Deum, obsecra eum, famulare illi, dicas: Rogavi semel, secundo, & tertio, & deices, & vigiles, & quidam acceperis? Ne recedas, quoniam que accipias finis possulati acceptio de-precentis est. Tunc cessa, quando acceperis, immo magis nec tunc cesses, sed tunc persevera, agens gratias pro eo, quod accepisti, ut perseveret tibi quod accepisti.

*Bon. lib. de anima c. 6. pag. 1036.* Eandem hanc orandi desideriam Bernardus perfringens: Sed dicas, inquit, ego quotidie oro, & oratione mea nullum fructum video, sed sicut accedo ad illam, sic & redeo: nemo mihi responderet, nemo loquitur, nemo quippiam donat, sed incassum laborare videor. Sic loquitur humana stultitia, non attendens quid veritatis promittat: *Amen dico vobis, quia quidquid orantes petunt, credite, quia accipient, & fieri vobis.* Vnum ergo è dubio indubitate sperare debemus, quoniam aut dabit nobis, quod petimus, aut quod norerit esse utilius. Beatus Ægidius dicere solebat: Arbor, cum plantata est, non protinus grandescit, aut fructus parit: Nec oratio supervacanea est, quia non illico fecunda. Nium defecit, qui orare incipi, & autocinem finit.

*5. Signum, Ecclesiasticus c. 29. v. 15.* Quintum signum, Eleemosyna. Siracides clarissime. Concluse, inquit, eleemosynam in sinu pauperis, & pro te ex-orabit ab omni malo. Tam clarum & abundans hoc te-stimonium est, ut confirmatione ampliori non egat. Siracides eleemosynam ita proponit spectandam: Stat illa ante Dei solium, quam primum autem viderit in angustiis te constitutum, mox accurrit, & ad Deum supplex accedit, orat, & exorat, rogat & impetrat, suumque clientem ab omni tam culpe, quam pœna malo liberat. Nempe hoc Deo ingenium est, ut cum supplicem cernit eleemosynam, continuo in preces facilis, vinci se patiatur. Vult autem Siracides eleemosynam in sinu & in corde pauperis abscondi. Tan-tò tutius erogamus stipem, quanto occultius. Ita sinu conditur eleemosyna. Tunc vero in corde reponitur, cum egoen grata, & ad ferendam opem est opportu-na. Nam subinde tale quid egenis damus, que illi se nihil adjutos sentiunt. In corde igitur quod porrigit, repone, da ut profis, da ut subleves egentem.

Hoc autem Siracida promissa non cum designari credimus, qui semel iterumque stipi aliquid projectat, sed qui, ut sacer Psaltes loquitur, *intelligit super egenum & pauperem, qui pauperum clamores & auribus & animo admittit, qui miseratione tangitur, qui ærumnas illorum veluti sentit, qui facultatum suarum non supremam tantum superficiem radit, sed altius immergit manus, qui scel in eandem paupertinam tribum posse redigi credit, qui fenoris amplissimi securus ac certus sua tribuit.* En hominem, qui super egenum intelligit. Dixerit, hic talis cum Psalte regio: *In die tribulationis meæ Deum exquisiri manibus meis.* Deum invenire cupis? manus quare argenteis. Sed argenteas manus has non mimis, non adulatoribus, non parasitis,

A non ludionibus, non combiboribus, non fusurronibus, non nugivendis, non histriobus injice, Deum iis exquire, Dei amicos pauperes his invade, & mediis hostium tutissimus ibis, mediis procellarum illæsus stabis. Efficacissime orat, qui argenteas manus, quibus pauperes erexit, cælo attollit.

## §. III.

*S*extum signum, Vehemens afflictio. Ille ipse, qui affligit. *Signum.* Actiones immitti, simul etiam præcipit atque pro-mittit: *Invoca me in die tribulationis, & eruam te.* Ad lup-*psal. 19.* psias ferendas paratissimum se offert Deus, non au-ditus solum preces, sed levaturus etiam calamitates nostras. Me, inquit, invoca, cum ægre tibi est: tunc tu plures orandi, ero plures juvandi, caussas habeo. Tu modò me roga, exaudi eris; securum te reddo. Gratula-tus sibi rex David: *Ad Dominum, inquit, cum tribularer psal. 119. clamavi, & exaudiuit me.* Promisisti Deus liberaliter, simile stetit. In die tribulationis invocavi eum, & eruit me.

Solent nautæ in naviculis piscatoriis, cum remi strident, & arctius se ligatos veluti queruntur, aquas affundere: ita Deus, qui ad clavum sedet, tenetque gubernaculum, cum nos sub manu ejus possit miseras nostras querimur, solatii & auxilii fontem affundit, prout est pollicitus: *Ergo reficiam vos.* Tunc plerum-*Matt. 5. 13.* que vicinius est Deus, cum afflictior homo. Nulli se negat Deus vocantem. Ne cadamus animo: Nobis-cum est Deus, non inter os solum, sed etiam inter procellas & fluctus: *Cum ipso sum, inquit, in tribulatione; psal. 90. eripiam eum, & glorificabo eum.*

Septimum signum, Emendatio vita. Hoc Isaïas vates. *Signum.* affirmans: *Tunc, inquit, clamabis, & Dominus exaudiet; clama-bis, & dicet: Ecce adsum. Quærere liceat ex Isaïa: ibidem.* Nunc illud quando veniet? quando quidem facta est stipulatio: Tunc invocabis, tunc exaudiem. Tunc illud quando sperandum? Respondet vates: *Si ab aliis de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.* Triadic Deus desiderat in iis, à quibus Deus tria rogatur. Primum est: *Ausser de medio tui catenam.* Heu de quibus desiderat Alterum est: *Desine digitum extendere.* Qui minantur & rixantur extensis digitis loquuntur. Hæc discordia signa sunt, & animi ad vindictam accensi. At scimus hos gestus non convenire supplici. Minas igitur rixales, que tolle, & animum indulge paci; contio minaces digitos. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet. Tertium: *Desine loqui, quod non prodest.* Vis, ut sermo tuus momen-ti sit, & ponderis apud Deum? sermones vanos, iniu-tiles, impuros, obrectatorios, lascivos tolle; moderare verbis, lingua impera, desine quod non prodest lo-qui. *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet.*

Hæc ad Cassiani mentem iudicia sunt orationis à Deo exaudienda. Non omittendum hic, ipsam orationem nostram esse mercedem & salutem nostram, præsensque precatio-nis præmium; tametsi, quod po-scit, non obtineat. Nam, ut Iansenus annotat, oratio amorem divinum auget. Quando carbonibus vivis thus injicitur, optimus odor spargitur: Eodem pror-fus modo: cum amoris prunæ orationis thus acci-piunt, Deo gratissimus odor incenditur. Et quemad-modum respiratione non solum est causa, sed & signum vitæ, ita etiam oratio vitalis & planè salutaris est, et iam si non impetrat, quod postulat. Proinde Psaltes

*Psal. 118.**v. 131.**Clem. Alex.**l. 7. Strom.*

optimè dixit: Os meum aperui, & atraxi spiritum. Ad A rem Clemens Alexandrinus: Plus, inquit, paratus esse debet homo petere, etiam si non imperat, quām imperare non petendo; adeò optimum bonum est ipsa petitio. Hoc ipsum certè Dei donum est os aperire, spiritum attrahere, cor

A & pulmones restringere: Sic orare tantum, est inter humanas miseras siccaviter respire. Quod tam egregiè quam clare Ambrosius exprimens: Petatio, inquit, Deo facta, magnus est fructus, & qui petit à Deo, dum petit, accipit; 84. ad Did ipsum namque petere est accipere.

metrum.

# RHETORICA CÆLESTIIS. LIBER SECUNDVS.

## CAPVT I.

Orationis assiduitas docetur.

*Chrys. 10. 2.  
hom. 17. de  
muliere  
Chanancæ  
mibi pag.  
1039.*



VREVS Orator Chrysostomus, ut orationem assiduitatem altius infigeret animo & tufquani non orandum doceret: Non queritur locus, inquit, sed deus deus mentis. Hieremias in lacu cani densius erat, fideliter orans Deum promeruitur. Daniel in lacum leonum missus ad se Dei misericordiam inclinavit. Tres pueri in camino ardenti erant, & Deo placuerunt. Latre in cruce erat, & exauditus est, fideliter postulando. Crux ei nihil obsuit, sed confessio fidei paradisum aperuit. Iob in sterquilino erat, & per patientiam suam Deum propitiabatur. Quid si in iudicio assistis, ora. Et cum irascitur rex, ora. Quid si in balneis es, ora: ubique fueris, ora. Vbique Deus praesens est, semper in proximo est; non clauditur loco, invocantis dicit. Adsum, Quid si hominem rogare volueris, interrogas, quid facit? Et dicatur tibi: prandet, cenat, dormit, cum amicis agit, non vacat: aut certè minister responderet tibi non dignatur. Ad Deum autem nihil horum opus est, sed ubique fueris, aut invocaveris, audit te.

*Bern. l. 2. de  
animâ c. 6.  
mibi pag.  
1036.*

Hæc Bernardus confirmans: Vbicunque fueris, inquit, intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli querere locum, quoniam tu ipse locus es. Si fueris in lecto, aut in alio loco, ora: & ibi est templum. Igitur quicunque loco confitis, cogitationes tuas facta in Deum, & aliquid salutare in animo tuo versa. Omnis siquidem locus ad meditandum congruus est. Addit quod auro & gemmis scribendum. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc te computes perdiisse.

*Luc. 6. 18.  
vers. 1.*

Vult Deus à cogitationibus nostris nunquam excludi, vult iis assiduè interesse. Ed spectat præceptum illud: Quoniam oportet semper orare. Quā de re jam explicatiū agendum.

Quæ filiorum Dei nota.

D Eum assiduè cogitare, vera filiorum Dei nota est. Aquilæ, quod mireris, pullos suos orare docent. Nam eos unguibus ad solem suspendunt, veluti monstrarent, quem venerari deberent. Quod si fixis immotisque oculis solares radios admittunt, in nido servant, & alunt: si autem lumine tremulo velut oratione minus attentâ palpitant, ejiciunt nido, tanquam non suos: perinde si Aquila parentes dicat: Mei non degenerant, sed acie immotâ solem adorant. Hinc prisci, cum istud Aquilarum examen pingerent, adscribere solebant hæc verba. Sic credo. Quasi mater pullo dicat: Video quidem rostrum & pennas, unges & colorem meo non dissimilem, sed tamen iam primum credo te Aquilæ filium esse, cum acie fixâ salutas solem. Hand aliter & nos, DEI filios illis iudic-

B camus, qui oculos pœnè immotos in æternum solem defigunt, qui Deum assiduè cogitare. Amans in re amatâ oculos tantò fixius collocat, quantò plerumque amat. Nil certius: quod Deum plus amamus, hoc Deum læpius cogitamus. Vbi thesaurus est, ibi & cor est. Vis scire, quid ames? Attendite tantum, quid frequenter cogites. Nota filiorum Dei est, Deum assiduè cogitare.

Hoc autem beneficiorum memoria postulat. Deus non omnibus tantum horis, sed singulis horis punctis in nos beneficus est, nos saltē semel benefactorem hunc cogitemus quavis hora, quæ compluris punctorum trillia comprehendit. Verissime dixit Bernardus:

† Sicut nullum est momentum, quo homo non uitatur, vel frater

† Bern. de  
supra la-  
tudine illa  
horam di-  
viserunt. 11080. mi-  
nuta.

† Bern. de  
supra la-  
tudine illa  
horam di-  
viserunt. 11080. mi-  
nuta.

† Bern. de  
supra la-  
tudine illa  
horam di-  
viserunt. 11080. mi-  
nuta.

De Aquila in altrigem suam longè gratissimam hæc memorat naturæ encomiast.

In urbe Thraciae Seto eximia fuit virgo, non avrum tantum & auri, sed formæ simul ac pudicitiae dives. Hæc forte prædam sequebatur per nemora venatrix, cursu feras avitans & arcu. His studiis incensa in montis præalti vertice geminas inventit Aquilas, sed tiamnum implumes, & multâ siti languidas. Ex his alteram, quæ præstantiorum spondebat indolem, è nido subduxit, & in pedes se conjectit, hanc avem filiolæ instar educatura. Iamque ales regia ad dominæ nutus ad eo affuerunt, ut captam subiuste prædam ex ungibus dimitteret, & ad virginis manu blanda revolaret. At matrrix virgo cum aliæ suâ veluti verba miscens, & attacitu mulcens, quādque diu colluserat.

Sed tandem morbus suam aliti altricem eripuit. Febris coepit virgo, & affigi lecto. Omnes oris elegantiæ vis morbi abstulit. Hic Aquila industria increbili velut famula lecto assidere, & tantum non poscere quid vgllet, quid imperaret. Subinde lecto exiens in ventum evolavit, seu forte perdit, seu turdu, seu cothurnix, seu palumbus occurseret. Quidquid venatu affectu est ad doninæ lectulum apporavit, & prædam unguibus tenens monstavit, tanquam si quæreret, num placet quod attulisset? Ita convictus sui pretium & impensam fidelissime repedit. Interē febris humorem omnem virgineis venis emulserat, jāmque mors vicina & avi & altrici diem supremam indixerat. Hinc avis pœnè magis agrota, non jam amplius evolare, domi latere, & modò grabato incubare, modò gremio sedere, nunc dominæ caput circumvolare, nunc labris oscula propinare, nunc alto silentio mœroris non obscura signa edere, nunc questus ferali murmur ingeminare, & mœrentibus amicis augere luctum, jam etiam cibum rejicere, & somnum spernere. Ut verò ales misera suam altricem jam mortuam vidit, vitam pariter exosa peccus rostro fodere, & vulneri unguies imprimere; perinde si mortis moras increparet. Cum verò funus prodiret do-

me